intellectis. teneri deducere parti citatæ processum causæ huius advenerit. Tandem parti Actoreæ affectanti eandem Dilationem Iuridicam ad producendum processum ad Sequentes Iudiciales terminos dedit et concessit. Termino in eisdem Sequentibus Iudicialibus Terminis parti utriq[ue] videlicet Actoreæ parti ad satisfaciendum Dilationi Suæ citatæ verò ad attentandum. idq[ue] quod iuris erit decernendum. peremptorio et parato præfixo ac conservato. Non comparentibus et controvertentibus. Iudicium præsens castrense Capitaneale Bransense controversijs præfatarum partium coram se Iudicialiter.

Rzepny Motio

Proposuit iudicialiter coram præsenti Castrensi Capitaneali Bransensi Iudicio instigator Iudicij præsentis suo cum infrascripto Delatore contra infranomina tos citatos ex citatione literali Castrensi Bransensi tenoris eiusmodi. Franciscus Ioannes in Kloczew ze Lesznowolski Capitaneus Bransensis ze Dicione Regio et Nostra Capitaneali Authoritate Generosis Nobilibus Alberto olim Pauli Rzepny et Laurentio Wroblewski principalibus Matthiæ olim Martini Rzepny Thomæ et Iacobo filijs Alberti Rzepny ac Laborioso Iacobo Nowysz Subdito præfati Alberti Rzepny facti infrascripti complicibus et cooperatoribus de personis bonisq[ue] Vestris generaliter omnibus mandamus ut in Terminis iudicialibus in Curia Regia Bransensi feria Secunda a post. et publicare præsentis Citationis proxime Celebrandis personaliter ac peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Iudicij et eiusdem Delatoris Nobilis Matthiæ olim Cabriarij Rzepny pro vobis et præsertim Subditum cum assistentia præfati Domini citat. pro eo quia Vos Terrum Castrensem Bransensem iuxta constitutionem profundatis descriptam ab Actu Decreti in sex septimanis proximis non subieritis et per spatium Integri Anni ac sex septimanas in fundo Turris sine intermissione non continuastis nec explevistis ratione huius quia vos Commisso Timore Dei et Dilectione proximi procul abiecta pœnas legum Regni contra voluntarios homicidas et Tyrannicos Trucidatores hominum Insontium severe sancitas non metuendo olim Nobilem Bartholomæum filium præfati Actoris per inflictionem vulnerum enormium lethalium á quibus convalescere non potuit ut mortem oppetere coactus est prout protestatio cum processu et Decretis latior est non continuastis et non explevistis, igitur pœnam Infamiæ succubuistis. ad quam decernendam et eandem publicandam citamini. Iudicialiter sitis ad præmissa responsuri.

86100

responsum. Datum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Et post propositionem suam modo praemisso factam. Actorea pars deducendo parti citatae legitimo de termino. Statuit Ministerialem Generalem Regni Nobilem Benedictum Proszynski qui Citationis praeinsertae Copiam sigillatam ad unam integram ante Terminum praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Quo sic deducto caeterisque contentis propositionis suae verificatis. petiit citatum ad procedendum compelli. Ex adverso pars citata sonium Actorem et Actionem pro competentibus. non agnoscendo solum modo pro informatione Judicii praesentis allegavit processum assertum nulliter et illegaliter obtentum esse. Siquidem olim praefatus Bartholomaeus Krzepny filius Actoris ratione cuius idem parens poenam quandam publicam vindicare intendit. existens ab eodem citato Decreto Tribunalitio Regni Petrikoviensi in Causa adulterii infamis proscriptus et publicatus, cum respectu eiusdem poenae infamiae saluti eius inhiaret et saepissime cum discrimine vitae persequebatur circa violentam per ipsum invasionem domus suae in defensione vitae captivatus et officio Castrensi pro facienda executione praesentatus: evadendo executionem quietationem sufficientem ratione suae vulnerationis, captivationis et omnium quarumcunque iniuriarum deliberato animo libereque et publice fecit. Qua quietatione cum intervenit et omnes Actiones inter se exortae sopitae sunt et praesens assertae uti in nullo fundamento posita. procedere non potest: sublata enim causa tollitur et effectus. et exinde processum cuius saluam ignorantiam sibi reservat. nulliter illegaliterque ac incompetenter obtentum esse deduxit petiitque eodem cassato se ab incompetenti tandem causa praesenti liberari aliis defensis hic et in omni Judicio salvis sibi praecustoditis. In Oppositum pars Actorea allegavit. verum allegationum suarum copiam existens intra Triduum expectata ad acticandum non porrexit de quo esse parte officii Notariatus est protestatum. Et Judicium praesens Castrense Capitaneale Branscense controversiis partium utrarumque Actorea per se personaliter citata vero per unum e medio sui Nobilem Adolphum olim Pauli Krzepny a se et ab aliis Judicialiter factis exauditis et intellectis

non posse rationibus per partem citatam introductis. processus Actores partis sufferre censuit et eodem bene obtento citatis procedere decrevit. A quo Decreto citata pars ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit. cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumq prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinen ab actu praesenti in sex septimanis aut dum ex Regestro causarum officij ad iudicandum legitime inciderit Parti Utrique peremptorium et paratum praefixit et conservavit.

Inter G. Wyszynskie et Gnosos Baykowskie. Appellatio

In Causa et Actione Judiciaria infrascripta Judicialiter mota et Vertente Inter instigatorem Judicij praesentis et ips Delatoris Generosum Matheum Jastrzyk Wyszynski Subiudicem Terrae Bielscensem. Catherinam Joannam filias olim Generosi Petri Jastrzyk Wyszenski praesertim minorennes Virgines innuptas cum eiusdem Generosi Subiudicis Terrae Bielscensis avi et Generosi Joannis Jastrzyk Wyszynski patrui assistentia Actores. Et Generosos Paulum olim Generosi Sebastiani Baykowski Camerarium Campestrem Terrae Bielscensis filium ac Zophiam Wyszomierzowna relictam et Thomam olim Generosi Jacobi Baykowski Camerarij Terrae Bielscensis filium de Baykei haeredes ad banniendum et de Regno Poloniae Dominijsq eidem annexis proscribendum citatos ob denegatam Rumationem seu fortem de Brachio Regali intromissionem in bonis Desertis per Ricos gerentem officij Nri Ministerialem et Nobiles duos officiose affectas. Vigore ips perlucrati in officio praesenti in Causa Ratione Contractu ineundi Matrimonij eiusdem olim Petri Wyszynski parentis sui cum Generosa Barbara Baykowska filia olim Generosi Jacobi Baykowski Camerarij T. Bielscensis manibus suis subscripti ac Vadio Quinq Millium florenorum Polonicorum firmati et Actis Castren. Nurensis roborati quo mediante conditiones Omnes in eodem Contractu expressas explere et exequi sub Vadio supraescripto se inscripserunt et submiserunt. Cui contraveniendo nec Vadium appositum metuendo conditioni eidem Contractui appositae sic sonanti. A Wyprawy we złocie y we srebrze złotych Tysiącz dacz maią non satisfecerunt siquidem Quingentos florenos polonicales in eodem auro argento eidem Generoso Petro Jastrzyk Wyszynski parenti suo seu sibi Actori Generoso Subiudici non reddiderunt